

aut alio liquore, non copiose l' affuso, ne metallica subsideant, aromata supernatent, sed paulatim, ut salium modo teri possint. Mox gummi adiiciendum, quod præter quasdam facultates, quas habet, hoc maxime præstat, ut ubi collyria facta inaruerint, glutinata sint, neq; fricentur. In formam redacta, vasis vitreis, maxime æneis reponenda sunt.

## De Errhinis siue nasalibus.

## CAP. XLIII.

**E**Rrhina, q. è *ἔρρινος* à naribus denominata, medicamenta sunt, quæ per nares a purgant. Naribus induntur ad pituitam è cerebro euocandam, meatuum obstructionem, vel exulcerationem tollendam, sternutamenta mouenda, & sanguinis è naribus fluxum sistendum. Hæc duplicia b sunt, vel humida, vel arida. Humida vel mollia, cerati forma, vel liquida, quæ à quibusdam errhina liquida, & caputpurgia dicuntur. Arida vero errhina in specie, quibusdam barbaris Nasalia dicuntur. Liquidorum materia eadem, quæ gargarismatum ad vsum eundem descriptorum.

a Trall. lib.  
3. c. 6. Actuar. de spir.  
rit. animal. act. c. 13. §  
3. meth. 6.  
b ut ex Myrr.  
reps. sect. 15.  
colligitur.  
Trallian.  
lib. 1. c. 11.  
Aegineth.  
lib. 3. c. 1.

Aq. stillatitiæ, ut betonicæ, maioran. rorismar. saluiæ, succi & decocta herbarum cephalicarum: maioran. beton. hyssop. organ. vel aliarum, ut anagall. mercurial. Vel radicum, ut betæ, cyclam. bryoniæ, ireos, quæ singula per se vsurpantur, vel miscentur: Vel deniq; his pulueres miscetur, ut agatic. turpethi, ireos, ellebori, nigellæ, myrrhæ. Nonnumquam